

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus qui renunciauit Episcopatu, retinet ea, quæ sunt ordinis. 2. 3. 6.
- 4 Ordo subdiaconatus est ordo sacer
- 5 Vsq̄ue, ista dictio fiat aliquando inclusiuè & aliquando exclusiuè.
- 7 Ignorantia crassa & supina quæ dicatur.
- 8 Episcopus in dubio renuncians Episcopatu, an censeatur renunciauissè loco tantum, an ordini & loco.

C A P. PRIMVM.

- R**equisiuit. † Episcopus qui renunciauit loco tantum inuitatus ordines conferre potest, sicut prius. si renunciauit ordini, cum ordinato per eum ad minores, vel ignoranter ad sacros dispensat Episcopus, cum ordinato vero scienter ad sacros non dispensat. In prima consultatio. In secunda, distinguens responsio. Secunda ibi, Respondemus. Casus literalis. Archiepiscopus Toletanus renunciauit Archiepiscopatu. post illam renunciationem quosdam clericos ordinauit. successor ipsius quaesuit vtrum illi in ipsis ordinibus debeant remanere? Respondet Papa distinguendo vtrum ille renunciauit loco tantum, aut loco simul & dignitati. In primo casu cum loco tantum renunciauit, potest ordines conferre, sicut ante, inuitatus ab Episcopo aliquo. In secundo casu si simul renunciauit loco & dignitati, distinguunt vtrum contulit sacros vel minores. Si enim aliquis minores ordines a tali recepit, & in illis poterit ministrare, & ad maiores promoveri, quia huiusmodi ordines quandoque a non Episcopis conferuntur. Si vero scienter a tali sacros ordines quis recipit, executionem officii non habebit, quia eam non habebat. Si vero ignoranter, Episcopus cum tali poterit dispensare, nisi crassa & supina fuerit ignorantia. Ber. No. duo iura concurrere in Episcopo, primo ius dignitatis Episcopalis coherens personæ, quæ habetur per consecrationem. secundo administrationis ius coherens loco, cui præsidet, quæ habetur per confirmationem. sup. de elec. c. transmissam. Et no. q̄ hæc iura non sunt inseparabiliter connexa, vel indiuidua. vnde vni potest renunciare sine altero, si inchoetur a loco. † Et no. q̄ potestas in his, quæ sunt in habitu ordinis, residet in dignitate coherente personæ, quo ad exercitium residet in loco, cui præest, & in quo administrationem habet. & ex hoc concluditur, quod Episcopus qui renunciauit administrationi, sed non dignitati, potest illa quæ sunt ordinis quo ad habitum, sed non quo ad exercitium, quia caret subiectis, nisi in illis sibi integretur per inuocationem alterius, qui habeat exercitium.
- 3 † Nor. quod in ordine & in conferente considerantur tria. character ordinis, habitus, & exercitium. Primum quo ad potestatem conferendi residet in characterem consecrationis & dignitatis Episcopalis. Secundum residet in habitu dignitatis Episcopalis, prout coheret personæ. Tertium residet in administratione dignitatis. ex hoc inferitur quod habens omnia hæc tria conferat characterem, & habitum, sed non executionem. habens primum solum confert characterem. Et not. arg. q̄ ex toto renunciatis dignitati Episcopali non propterea ipsam quo ad potentiam ordinandi perdit, quin ordinando characterem imprimat. & in hoc hic aperte videtur probari, q̄ Episcopatus est ordo, & habet characterem, alias vt positum ex toto tolleretur renunciatione. No. q̄ ordinati ab Episcopo etiam dignitati renuncianti recipiunt characterem. Nunquid autem recipiunt executionem? patet q̄ non. An secum saltem possit dispensari per inferiorem a Papa? hæc deest. concludit, q̄ aut est ordinatus ad minores, & poterit siue scienter siue ignoranter. Aut est ordinatus ad sacros, & tunc si scienter, non poterit, nisi a Papa dispensari. si ignoranter, & crassa sit ignorantia, idem, si probabilis, per inferiorem a Papa poterit dispensari. Et no. q̄ crassa ignorantia æquiparatur scientiæ in his, in quibus agitur de defectu. Et no. q̄ priuatus maiori potestate poterit id q̄ poterat ex minori potestate. vide de elec. c. q̄ sicut, & quod no. glo. de consue. c. cum dilectus. † Videtur hæc litera velle, q̄ vsque ad subdiaconatum durent ordines minores & se extendant, & sic q̄ ordo subdiaconatus non sit sacer. hoc est falsum.
 - 4 quia imo sacer est. in f. de ætat. & qual. c. a multis. † Sol. di-

cit glo. q̄ hæc dictio, vsque, stat exclusiue, licet aliquando stet inclusiue, alle. ff. de sena. l. vlt. S. ienatores. hic Io. And. multa iura allegat pro, & contra. de hac dictione, vsque, an stet inclusiue, an exclusiue, dicit q̄ quandoque dictio, vsque, solet proferri a canone, vel lege, & dic q̄ includit, vel excludit, prout plus & minus amicitur, vel inimicitur aliis iuribus, vt intellectus amicus recipiatur, alius respiciatur, vt patet hic. semper tamen si de mente legis apparet, illam sequamur, ff. de extraordi. cri. l. pen. vers. sunt quidam, ibi vsque ad pœnam capitis, vbi non apparet per sequentia vel præcedentia, vel aliter procedit quod est dictum. Quadoque profertur ab homine, & sic expresse, vel tacite, vel per coniecturas, vel aliter constat de mente loquentis, quod inclusiue, vel exclusiue ponatur, sic accipitur, de verb. sign. c. intelligentia, & c. propterea. Si vero de voluntate non apparet, recipimus inclusionem, vel exclusionem, quæ fauorem habet, vel ex cuius consequentia resultat odium, per regulam odia, de regu. iur. lib. vi. ff. de dolo. l. i. quatenus fauor non inferat alteri iniuriam. infra de donatio. inter vir. & vxor. c. nuper. Alii dicunt quod semper ponitur inclusiue, nisi per correspondentiam alterius actus aliud appareat, & hæc vera, vbi non apponuntur ipsi. Si apponitur dictio, vsque, temporali limitato, & nullum est dubium. Quandoque adiicitur & ponitur tempus limitans. Exemplum de resc. cap. si gratiose. & cap. si propter de elect. cap. cum ex eo, lib. 6. capitu. cum dilecti, de do. & contu. dicit Ioan. And. quod vbi aliud non apparet, non esset absurdum dicere, quod prolatum ab homine recipiatur contra proferentem exclusiue vel inclusiue, de regul. iuris. regula, contra eum, lib. vi. alias sit locus distinctioni prius dictæ. De dictione, a, b dic vt de præbendis. capitulo, statutum, lib. vi. De absque, de procura. cap. qui generaliter, lib. vi. vide Gul. de Cu. ff. de off. procon. & leg. l. meminisse, & Bar. in l. patronus. S. Sempronio, ff. de leg. 3.

- 6 † Videtur secundo cum gl. in verbo, Ignorantia probabilis, quod recipiens ordines, ab Episcopo qui renunciauit, non sit suspensus, nec egeat dispensatione, per iura quæ dicunt quod ignorantia probabilis excusat, ff. de iur. & fac. igno. l. error, & l. regula. Sol. dicit gl. si culpa non præcedat ignorantiam, procedit contrarium. hic præcessit culpa, quia fecit se a non Episcopo ordinari. Vel secundo dicit glo. & melius, dic in his quæ causantur a defectu potestatis, ignorantia vel scientia nihil operantur, quando est singularis, quia non supplet defectum potestatis, ideo quod quis non habet, alteri dare non potest, & carens executione illam alteri tribuere non potest. i. questio. 7. capitu. Daibertum, de iure patro. cap. quod autem. Restat ergo quod ignorantia non dat sibi executionem. vbi autem vitium surgit ex parte malitig, vel negligentia suscipientis, vel cum quo non agitur, tunc probabilis ignorantia excusat dolu, vel negligentiam, sed non tribuit, quod tribui non potest a causa agente. Vnde concludendum est, q̄ tales ordinati,

A D D I T I O N E S.

- a † Vsq̄ue. Adde de hac dictione late Old. consi. 49.
 - † Adde q̄ ista dictio, vsque, si ponitur super numero vel personis, & in dubiis, vbi est fauor includit, alias excludit, n si ostendatur mens proferentis alia, ita no. Bal. in auth. hoc amplius. col. 6. ver. not. de dictione, vsque, C. de fidei. Bartol. latissime in l. patronus. S. Sempronio, ff. de leg. 3. Bal. in c. i. S. si quis de maso. col. 7. ver. quæro de fluminibus, vtrum veniant, de contro. inuest. & in add. ad Specu. in titu. de dila. in princip. & ibi Spec. l. i. ver. sed pone. Alex. post Bart. in præal. l. propositionis, ibi concor. per eum Arch. in c. si gratiose, de rescip. l. 6. gl. & Doc. in c. statutum, de præb. e. li. Zach.
 - † De hac dictione, vsque, an & quando includat vel excludat, vide etiã q̄ m habentur per gl. & Doc. in l. i. ff. de pig. act. vbi etiam ponunt de dictione, præter. & vide per Bart. late in l. propositionis, s. i. Sempronio, ff. de leg. 3. & per Bal. n. l. a caligato. C. de nup. & per Bar. in l. si oleum in fi. s. merito ff. de dol. & in l. quid in i. testis, ff. de leg. 1. & vide et Bar. in l. meminisse, in ver. & p declaratione. ff. de off. procon. & habetur per gl. in l. filiusfamilias, in s. 2. i. ver. vsque, ff. de loc. & per gl. in c. i. ver. vsque, de or. ab epi. qui renuat. epi. & per Gem. in c. statutum, de præb. in 4. col. in ver. inducit etiam, lib. 6. & vide per Alex. in l. i. S. nunciatio, in 2. col. in ver. querit etiam l. d. Inno. ff. de no. operis nun. & Bal. & Ale. post eam in l. ex f. c. to, in ver. item quæro, in 2. co. ff. de vul. & pu. Seb. Sap.
- b † Dictione, a. De dictione, a. vide Gem. in c. statutum, col. 3. de reb. in s. B. I. in l. post duos, C. de aduoc. dmer. in v. d. cit. q̄ dictio, a. stat. exclusiue, quando ponitur super terminis extrinsecis. Iarius ponit idem Bal. in l. a caligato, C. de nup. Are. in l. si ex duobus, ff. de duob. reis Alex. in l. 1. col. 3. ff. si quis caut. Car. Alex. in c. aliter, 3. dist. per præc. Papiensem, in forma capitulo. quando testes producuntur a i. etiam rei memoriam, in glo. in versiculo vsque ad calendas. per Bar. in l. meminisse, in fi. p. incip. ff. de of. procon. & leg. Alex. in consi. 43. col. 2. in f. vo. Are. consi. 71. incip. diligenter. col. iiii. Seb. Sap.

Panor. super secunda prim.

G 2